HS |X| XIIIIXC (1.014090) n., | accipere debent HS XXCIIIÐCCCCL (83.950) et obligare fundos Solonianum cum | communionibus *(et multos alios, postremo)* saltum Bituniam et Albitemium | Betutianum qui est in Veleiate et Lucense pagis Albense et Minervio | et Statielo[22], adf. r. p. Lucensium et Coelio Vero, quem professus est HS CCCL (350.000) in HS XXX (30.000).

(XLIII.) Coloni Lucenses publice professi sunt saltus praediaque Bitunias sive quo | alio vocabulo sunt pro indiviso pro parte tertia[23], quae pars fuit C. Atti Nepotis, | et quascumque partes habuit Attius Nepos cum Annis fratrib. et re p. Lucensium | et Coelio Vero, item saltus praediaque iuncta, qui Montes appellantur, quae | fuerunt Atti Nepotis propria universaque, item saltus praediaque Ucci|ae et saltus praediaque Latavio vectigalia et non vectigalia, et saltus praediaque Lae|veli *(et multa alia)*: qui sunt in Lucensi et in Veleiate | et in Parmense et in Placentino et montibus, adf. compluribus exceptis | praedis Caerelliano colle et praedis, quae Attius Nepos cum Priscilla ali|quando possedit HS vicies quinquies, deductis reliquis colonorum et | usuris pecuniae et pretis mancipiorum, quae in inemptione eis cesserunt, | habita ratione etiam vectigalium, HS |XVI|. Accipere debent HS CXXVIII ÐCC|LXXX (128.780) n. et obligare saltus sive praedia quae s. s. s., deducta parte quarta.

(Post alia):

Item obligatio praediorum[24] facta per Cornelium Gallicanum | ob HS LXXII (72000), ut ex indulgentia optimi maximique principis | imp. Caes. Nervae Traiani Augusti Germanici pueri puellaeq. | alimenta accipiant, legitimi n.[3] XIIX, in singulos HS XVI[4] n.[5], | fiunt HS III CCCCLVI (3456), legitima HS XII; fit summa utraque | HS III ÐC (3600), quae fit usura ∽∽∽∽∽[12] summae s. s.

(XLVII.) C. Coelius Verus professus est saltus Avegam Veccium Debelos | cum figlinis saltus Velvias Leucomelium, qui sunt in Ve|leiate pag. Albense et Velleio, adf. rep. Lucensium et rep. Ve|veleiatium *(sic)*, HS XC (90000); accipere debet HS IX (9000); item prof. est fund. Valerianum *(et alios)*.

(Sequuntur complures aliae similes professiones).

Prope Macinesso agri Parmensis rep. a. 1747, ubi paullo post effossionibus institutis apparuit fuisse Veleiam, magna tabula ahenea, iam Parmae (XI 1147 contulit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 6509.* — 2) *Dacici cognomen ostendit hanc obligationem Veleiatem esse paullo recentiorem, quam Ligurem Baebianam supra N. 6509; item apud ipsos Veleiates praecessit obligatio alia in fine huius tabulae enarrata (cf. not. 24).* — 3) *Numero.* — 4) *Scilicet menstruos. In legitimis pueris puellisque menstrua, in spuriis annua alimenta computata sunt.* — 5) *Nummos.* — 6) *Fiunt.* — 7) *Nummi.* — 8) *Plerumque puerorum numerus cui alimenta destinabantur maior erat, quam puellarum. Cf. infra N. 6818.* — 9) *Singulae.* — 10) *Ut hic, ita etiam alibi puellis alimenta parciora praebebantur quam pueris. Cf. infra N. 6818 (not. 6. 7).* — 11) *Cum ingenuis legitimis etiam spuriorum aliqua cura habebatur, sed exigua.* — 12) *Quincunx. Cf. N. 6509 not. 15 fin.* — 13) *Scilicet sestertium 1044000.* — 14) *Populo.* — 15) *Scr.* debent. — 16) *Ut apud Ligures Baebianos (N. 6509), ita hic*

archive.org